



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere  
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem  
libros partitum**

**Marulić, Marko**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 M 1298**

de patientia ingratitude, percussione, & bonorum ablationis. ca. 15.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35578**

Matt. 5.

genus commendatum est nobis in euangelio, dño dicen-  
te: Diligite inimicos vestros, benefacite ijs qui oderunt  
vos, & orate pro persequentibus & calumniatibus vos,  
vt sitis filij p̄is vestri, qui in cælis est. Qui ergo parum  
patiens fuerit, qui odientem non dilexerit, qui denique  
pro iniuria beneficium beneuolentiamq; non reddide-  
rit, patris cælestis filius esse nō poterit. Ille solem suum  
ortu facit super bonos & malos, & pluit super iustos  
& iniustos, vt doceat te omnes diligere, neminem læ-  
dere, nullam appetere vindictā cum offensus fueris, sed  
potius offensa te dignum iudicare. Hæc humilitatis, hæc  
patientia virtus est. Virtus autem, (vt apostolo placet)  
in infirmitate perficitur. Vbi exerceres patientia virtute-  
m, si nemo esset qui aduersaretur, qui inuideret, q̄ ho-  
stiliter infestaret? Ob hoc igitur etiam malos esse per-  
mittit deus, vt per eos boni exerceantur, & ad perfe-  
ctionem vitæ perueniant, odia hominum non vindi-  
cando, sed sustinendo.

¶ De patientia ingratitude, percus-  
sionis & bonorum ablationis.

Caput XV.

**S**ed ab illis, inq̄s, qbus in primis obsecutus sum, in  
q̄s beneficia plurima contuli, patior iniuriā, & q̄s  
mihi semper amicissimos fore sperabam, eorum  
odia sustineo, magisque me angit ipsorum ingratitu-  
do quam offensa. At etiam Christus dominus tuus q̄s  
venerat saluare, ab ijs passus est necem. Christi quoque  
Apostoli, quibus viam veritatis monstrabant, vt cre-  
dendo beatitudinem consequerent, ab illis ludibria ver-  
bera, mortem sustinere. Vis tu non amittere bonum  
quod feceris? æquo animo feras & ingratos, magisque  
tibi proderit patientia tua, quam nocebit illorum perfidi-  
dia. Ad hæc si etiam verberibus afficeris, si opibus exue-  
ris, si torqueris & ad mortem posceris, talia sancti mar-  
tyres perpassi sunt, talia pro nobis dominus & saluator

nofter non inuitus tolerauit . Denique nullus vnquam  
 sanctorum vindictam appetijt , sed omnes pro malo bo  
 num reddere femper conati funt . Vir dei in Bethel ma  
 num Hieroboami regis aduerfum fe indigne extentam ,  
 atque ideo statim arefactam , fufis pro illo precibus refi  
 tuit fanitati . Stephanus pro illis a quibus lapidabatur  
 orauit , ficut & pro fuis crucifixoribus dominus , ne illis  
 imputaretur ad peccatum , quod ignoranter commiffi  
 ſent . Iubemur præterea maxillam noſtram alapa percu  
 riantibus & alteram offerre , vt femper parati fimus p  
 veritate , pro iuſtitia , pro nomine domini Ieſu plura pa  
 ti quam patimur . Alapa ille a ſeruo percuffus non reper  
 cuſſit , ſed humili reſponſo ruborem iniecit percuffori ,  
 arguens atque cõuincens quod percufferit innocentem .  
 Apoſtolus Corinthiorum tolerantiam laudat , dicens ;  
 Libenter ſuffertis inſipientes , cum ſitis ipſi ſapientes .  
 Suffinetis enim ſi quis vos in ſeruitutem redigit , ſi  
 quis deuorat , ſi quis accipit , ſi quis extollitur , ſi quis in  
 faciem vos cædit ; vtque illi magis in propoſito confir  
 mentur ſuarum paſſionum catalogum contexit dicens ;  
 exercitum ſe fatigatumque fuiſſe in laboribus plurimis  
 in carceribus abundantius , in plagis ſupra modum , in  
 mortibus frequenter . A ludæis ( inquit ) quinquies qua  
 dragenas vna minus accepi , ter virgis caſus ſum , ſemel  
 lapidatus ſum , ter naufragium feci , nocte ac die in pro  
 fundo maris fui , in itineribus sæpe , periculis fluminum  
 periculis latronum , periculis ex genere , periculis ex gẽ  
 tibus , periculis in ciuitate , periculis in ſolitudine , peri  
 culis in mari , periculis in falſis fratribus , in labore &  
 ærumna , in vigilis multis , in fame & ſiti , in ieiuniis  
 multis , in frigore & nuditate . Quod ſi vas electionis  
 tanta ac talia pertulerit , quid indignatur vas iræ , ſi qd  
 eiufmodi ſibi accidat ? Quando tibi prædia & opes au  
 feruntur , dominici præcepti recordare : Qui vult , in  
 quit , tecum in iudicio contendere , & tunicam tuam tol  
 lere , dimitte ei & pallium : hoc eſt , paratus eſto plura  
 potius pdere ad cõſeruandã animi patientiã , q̃ ad infrin  
 gendã altercationib⁹ deſeruire . Eũdem ſenſum habet qd

3. Reg. 13

Stepha  
nu. 5  
Actu. 6. 7Luca. 23.  
Iohan. 13.

2. Cor. 11.

Matt. 5.

Luc. 6.

Pfal. 9

Tob. 9.

4. Reg. 20  
Isa. 39.

Mat. 19

Pfal. 36.

In Luca dicitur, Qui aufert quæ tua sunt, ne repetas, ne forte repetendo & raptorem irrites, & tuam in domino conturbes quaterem. Patientia enim pauperum (vt in psalmo habetur) non peribit in finem, Si tamen sine lite reparari res poterit, non prohiberis exigere, immo debes, non tam tua quam eius qui rapuit causa, ne videlicet ille alienum iniuste possidendo pereat. Nam & Tobias in deum piensissimus pecuniam sub chirographo creditam, a Gabelo exegit, neque opus reprehendi potest, quod Raphaelo angelo adiuvante peractum fuisse constat. Tunc igitur non erit rem ablatam repetendi locus cum per iram delinquendi iminet periculum. Cum hoc contigerit, tam lente ferendum erit damnum, quam suum tulit Ezechias Hierosolymarum multæ sanctitatis rex. Cum enim per prophetam didicisset, omnem gazam quæ legatis regis Babyloniorum gloriabundus ostentauerat, ad Babylonios quoque transferendam, non est animo turbatus, nec tristitia deiectus, sed voluntate domini nihil refragatus. Bonus (inquit) sermo domini, sit tantum pax & veritas in diebus meis. Quid tu tandem queris opes tibi ereptas, quas Christus dominus apostolis suis interdixit, quas plurimi vt liberius expeditiusque deo seruirent, sponte abiecerunt? Lætare potius oblatam tibi occasionem vitæ perfectioris ineundæ, dicente domino, Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Lætare quod tibi impedimenta sublata sint sequendi illum, qui sequentibus se non terrenas opes largitur, sed cælestes, non fragiles, sed æternas. Crede igitur prophetæ dicenti, Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas.

### De patientia morbi & aduersitatum. Caput xvi.

**S**I qua præterea corporis ægritudine laboras, & morbo vehementer afficeris, caue ne per impatientiam deum offendas, & grauius animo ægrotare